



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatvs De Censvris Romano Pontifici Reservatis**

**Ugolinus, Bartholomaeus**

**Venetijis, 1609**

Verb. Atque Bellica instrumenta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61365](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61365)

hibetur, ne frumentum ex aliquo loco extrahatur farina quoque; quæ ex frumento sit, extrahi non potest, ut afferuit VIU. in sua Sylo. opin. 765. ergolide & hsc. Nec obstant iura supra citata, nam ob eam rem argento legato nummi non comprehenduntur, ne heresi nimis offeterit, & sic sumus in re diota, ac hic sumus in re gratiosa ob suorem christiana Religio nis. argumenti. sunt personæ. si. de religio. & sumpt funeris ergo est amplianda. cap. odiu. de reg. iur. libr. 6. & le. cum quidam. si. de liber. & posthem. Addo si non ex hoc capite deferentes in excommunicationem incident, ex illo tamen eos incidere, quod illis faciunt, quod eadem pena in hoc capite prohibitum est, ut videbimus. Ab hac igitur opinione discedendum non censeo, quam & tenuit Naū. c. 17. num. 63. versic. Sexta, & Visuald. in Candelabri. in 2. par. in explanatione Bulle Coenæ Domini. cas. 7. nu. 58.

Excipio tamè christianos, qui sub imperio hostium christiani nominis sunt, nam si pecuniam præstent pro tributis, ex quo alter effugere id nequeunt, in pœnam hanc non incident, quippe quia coacti id faciunt.

Secundo eadē ratione, & quod de duobus malis minus est eligendum, si Christianus Princeps inferior viribus non potest resistere, exempli gratia, Turcarum Princi pi, ne bello ab eo vexetur, lice-

bit redimere vexationem pecunia data. argum. c. dilectus. 1. de si mon.

Tertio quando quis aliter se suoque populos tueri non potest, tantum in singulos annos vel ex conuentione præstari ei poterit, quo beatuolum eum sibi reddat, sibique bellum non moueat. Immo & ijs, qui apud Principem plurimum possunt, pecuniam elargiri licebit, quo principem a bello contra christianos mouendo auocent: sed de his haecenus, ad alia transeamus.

### Verb. Atque Bellica instru menta.

**I** Bellica instrumenta defere, ad hostes christiani nominis nequeunt, & que sint hæc.

**H**ac quoque f. ne ad eosdem hostes bellica instrumenta deferantur, prohibitum est, ut dicitur in eodem versic. Hæc autem sunt (præter bombardas, sclop etos, arcus, quæ meminit Rebuff. eod. artic. 5. in versicu. Bellica instrumenta, de quibus supra egimus in verb. Arma) ut inquit Na varr. in Man. capit. 27. numer. 63, versic. Sexta, ibi Per bellica instrumenta, Timpani, Fistulæ, Litui, Cornua, & Tuba, his enim militum animi ad pugnandum alli ciuntur.



Pontifici reseruatis.

ciuntur. Hinc Virg de Palinuro libro 6. Aeneid, inquit; Aere ciere viros, Martisque accendere can-  
tu. Hec interpretatio, et si taceri potest, ego tamen his maiora in-  
telligo, scilicet ea omnia, quæ ad expugnandas Urbes, Naves, exer-  
citusque superandos pertinent,  
cuiusmodi sunt turres lignæ, sca-  
le ad concendentia muros, i-  
gnes arte facti, qui dicuntur tuo-  
chi artificiali, manus fereæ, quib.  
naues comprehenduntur, ne au-  
fugiant, quas meminit Iulius Cæ-  
sar in suis commentariis, & id ge-  
neris.

Verb. Lignamina.

S V M M A.

1. **Lignamina** deferri ad christiani nominis hostes nequeunt, & quæ sint hæc lignamina.
2. **Naves**, **triremes**, & **bunifmodi** ad christiani nominis hostes deferri ne-  
queunt.
3. **Ligna** dignem faciendum an deferri ad hostes possint,

**H**ic t̄ ad eosdem lignamina deferri prohibentur, ut in cit. versicu. habetur. Nomen hoc autem barbarum est, vñitatum tamē, & idem significat, quod latīnē Lignum. Ligna igitur ad hostes christiani nominis deferri nequeunt, & quoniam ea prohibentur deferri, quibus christia-

Pars Secunda.

199

ni oppugnantur, ob eam rem non quævis ligna, sed ea solum, quæ ad bellum apta sunt, prohiben-  
tur.

Hæc autem sunt ligna, ex quib.  
bus hasta, clipei, arcus, sagittæq;  
sunt.

Item ea, ex quibus rotæ sunt  
ad vehendas bōbādas, & ex qui-  
bus naues edificantur, & remi,  
malus, antennæ, & turres lignæ.  
Hec igitur & id generis lignorum  
nomine comprehenduntur, qua-  
tenus ad rem nostram pertinet.

Quare Angel. in verb. Excommuni-  
catio. 5. §. l. per hoc verbum Li-  
gnamina, inquit comprehendi quæ  
cunque ligna, per quæ naues, ga-  
lez, aut aliqua machina bellicæ  
possint fieri ad impugnādos chri-  
stianos, vel defendendum seab  
eis, non autem alia, quæ solum ad  
igoem faciēdum, vel ad aliquam  
aliam similem actionem a bellicis  
remotam essent apta, & sequitur  
etiam Nanarr. in cit. cap. ita quo-  
rundam. not. 7. num. 12. versicul.  
Aliterum, & numer. 13. versic. Ip-  
so iure, & num. 16. Concludo igi-  
tūr, & in Man. capitū. 27. numero  
163. versic. Sexta, ibi per lignami-  
na videtur intelligi, idem inquisit  
Syl. in verb. Excommunicatio. 7.  
num. 5. 9. versic. Et tertio, quod no-  
mine lignaminum, & Tabien. in  
verb. Excommunicatio. 6. versic.  
Tertio, & Tolet. in Bulla cœna Do-  
mini, Excommunicatio. 5. nu. 9.  
idem sensit Glo. in verb. Lignami-  
na. in cit. extravag. copiosus. de in-

N 4 dæ.

